

Rescriptum Regium ad tenen-
dum vias consuetas Thorunenses.

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithoaniae, Prussiae, Rutheniae, Masoviae Samogitiae
Princeps Transsylvaniae

Universis et Singulis Dignitatibus, et Officialibus.
Castellanis, Capitaneis, Tenentibus, Burgravis,
et eorum Vicegerentibus, et quovumcumque alio-
rum feudibus et Praesidibus ceterisque subditis
nostris ubilibet constitutis, ad quos praesentes li-
tere nostrae pervenerint, sincere et fidelibus.
dilectis Gratiam nostram Regiam. Magnifici Se-
nerosi Nobiles et Samiti sincere et fideles dilecti.
Non desinunt deferre ad Nos Consules Civitatis
Nostrae Thorunensis, de temeritate et audacia non
nullorum mercatorum et vectorum eorum, videli-
cet qui res et merces in terras et Dominia nostra
Prussiae invochere, aut inde educere consueve-
runt quod id faciant alijs itineribus insolitis.
declinantes, iter quod ducit, ad et per Civitatem
nostram Thorunensem, et per Pontem in Fluvio
Istala apud eandem Civitatem extractum, nova
que itinera ac diverticula sibi per alia Oppida
Regni Nostri et Germaniae querentes, Non nulli.
vero alio ingenio usi, merces suas, ab Gedano:

in Praga.

gostiam et e Converso dicentes, solutionem Vesti-
galis nostri Junivlevislaviensis et Lentiniensis
Thomniensis de industria vitare consueverunt,
in magnum ejusdem Civitatis Vestre Thom-
niensis s. per quam ire ac redire secundam au-
tiguam consuetudinem et decretum, ea de re:
Superioribus temporibus a Domino Predecessore
nostro latum tenentur:) prejudicium et de-
trimentum Fiscique nostri Regi jacturam. Sciri-
ca nos opportunum remedium adhibere, Civita-
temque nostram Thomniensem in antiqua con-
suetudine et usu, ac circa Privilegia prefa-
tumque decretum conservare volentes, vobis:
Capitanis et signantes Capitano nostro Junivla-
vislaviensi nec non Civitatum et Oppidorum
Magistratibus alijsque omnibus supra memora-
tis, qui litteris hujusce nostris requisiti fuerint, com-
mittimus, et mandamus, quatenus sinceritatis:
et fidelitatis vestre per publicas proclamationes:
inspirationibus et Oppidis nostris denunciari, autho-
ritate nostra faciant, ad omniumque et singulo-
rum notitia mandata nostra deduci curent et:
ut videlicet mercatores et vectores cum Rebus et-
menibus suis per eadem itinera publica itinera
Civitates nostra Thomniensis transeant, sequi jux-

justa antiquam et approbatam consuetudinem ac
Privilegia secundumque decretum Antecessoris no-
stri ea de re latum in eadem vectura consent-
diquim in transgressores et delinquentes, Pes-
nam confiscationis ademptionisque curruum equo-
rum et mercium extendant auctoritate nostra
litterarumque harum executioni debite sedulo de-
mandent. Aliter pro Officiorum suorum debito-
et gratia nostra Punitatis et fidelitatis vestrae
non facient. Datum Varsaviae in senentia
Regni Generali die Vigesima Quinta Novembrii.
juxta correctionem Calendarii Anno Domini 1582.
Regni Nostri Septimo. Stephanus Rex.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.